

1032, octubre, 19

*El comte Guillem <de Besalú> i la seva esposa Adelaida venen a Ramon i Amaltrudis, esposos, els masos dominicals que posseeixen a la parròquia de Setcases pel preu de quatre unces d'or.*

ASD núm. 7, perg. orig., 195 x 570 mm. Hi ha còpia de 1267, closa per Miquel d'Om, per manament de Bernat de Vic, notari públic de Girona, 285 x 280 mm. Còpies; ' *Llibre de cdbrevacions de Setcases*, núms. 19 i 28, ff. 34v-35 i 42-43; la primera llegi any *vigesimo*.

In nomine Domini, ego Guilielmus, gratia Dei comes et Adaleiz comitissa nomine uxori mee, uenditores sumus uobis Remun et uxori sue nomine Amaltrud, emptores. Per hanc scripturam uindimus uobis ipsos nostros mansos dominicos quod habemus in comitato Bisullunense, infra parroechia Sancti Micaelis de Septemcasas; et sunt casas, casalis, curtis, curtalis, terris cultis uel eremis, pratis, pascuis, uie ductibus uel reductibus, molendinis, caput aquis, boschis, silvis, garricis, petris, ortis, ortalis, omnia et in omnibus quicquid dici uel nominari potest. Et aduenit mihi prescriptus Guilielmus hec omnia iamdicta per parentorum meorum aut per qualicumque uoce, et ad me Adaleiz prelibata per meum decimum seu per qualicumque uoce; et ipsa plana de Lubtes cum suis terminis et ipsa Seluella cum suis finis et terminis. Et afrontat prescripta omnia a parte orientis in Fontefreda uel in Spinauel, de meridie in termino de parroechia Trugurano, de occiduo in termino de Cerdanna, de parte uero circi in Campo Magra. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic uindimus nos uobis prescriptos nostros dominicos cum omnibus pertinenciis et adiacenciis eius et cum finis et terminis et limitibus et quantum ad prelibatos mansos diminicos(sic) nostros pertinet qui sunt infra parroechia iamdicta Sancti Michaelis de .VII. casas, et cum ipsa plana de Luboteso cum finis et terminis et terminis et cum ipsa Seluella cum suis finis et terminis et omnibus pertinenciis eius, sic uindimus nos uobis prelibata omnia totum ab integrum, cum exiis et regressis earum propter pretium uncias .rrrr.or auri obtimo, et nihil de ipso pretio aput nos emptores non remansit ad soluendum1 et est manifestum. Quem uero prescripta omnia de nostra iure in uostro tradimus ad fatiendum quod uolueritis. Quod si nos uenditores aut ullusque orno qui contra hanc ista uenditione uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod requirit, set componamus uobis prescripta omnia in dupla cum omnia sua melioratione, et inantea ista scriptura uenditione firma et inconuulsa permaneat in euo.

Facta hanc scriptura uenditione .xmr. kalendas nouembris anno .xxxvn. regnante Rodberto rege.

Willelmus co+mes gracia Dei\*. Sig+num Adaleiz comitissa, qui hanc karta uenditione fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Sonifredi, sig+num Bernardi, sig+num Guilielmi, sig+num Petroni, sig+num Guilielmo Malanneg. Sig+num Rodlan. Sig+num Acfredi.

(s. *man.*) Aicfredus indigno sacerdoti qui hanc carta uenditionis scripsi (s. *man.*) cum literas superpositas in uerso .r. sub die et anno quo supra.

l. *ad solvendum*, **repetit**.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 70-71